

tempfisse, quæ cum in Græcia reperta apud nos hodie vulgata est, quam cui-dam eius artificij perito sibi promittenti, respondit, malle se obliuiscendi artem discere. Visa quidem auditaque omnia memoriæ adhærebant, & id circo non tam nouis sarcinis vrgere, quàm turba rerum innumerabilium præ grauatū pe-ctus exonerare cupiebat.

CYNEAS.

CYneas quoque clarissimam huius ex-cellentiaë gloriam consecutus est, qui legatus à Pyrrho Romam missus, po-sterio qui urbem ingressus erat die, homo aduentitius & alienigena, vniuersum Se-natum propriis nominibus salutauit. Sunt qui Equestrem ordinem, sunt qui urbanam Senatui circumfusam adiiciant, operosus Saluator ac diligens, & si ob a-liud non venisset.

CYRVS PERSARVM REX.

CYrus Persarum Rex, & si maximis exercitibus præfesset, omnium tamen Militum nomina meminerat, Mitthrida-tes verò duarum & viginti (vt notiores qui de illustribus Historici loquuntur, vt A. Gellius, quinque & viginti, vt autem Plinius quinquaginta) gentium quæ sub